Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26052
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Vltis audire quantū elemosine p defunctis erbi
te nobis oferam. Apud alexandriā epc q̄dam Johannes
ante p multū ueriabilis quendam inuicinia sua phi
losophu habuit. Euagriū nomine. qui quidem quāquam
gentilis fuisset epi tamen amicus erat. quia in philosophor
gymnasio erudiat condiscipulus. Hunc episcopus ad fidem
xpianorum prosilire cupiens. eiuerba ante eterne fre
quenter predicabat. Quibus cum philosophus nequaquā
acquiesceret. episcopo diuisse perhibetur: Bonume mi an
tistes inter cetera hec mihi displicent que uos dicitis xpi
ani. Aitis enī mundū finendū corporum resurrectionē
futuram. mercedes secundū opera reddendas fore. Asse
ritis etiam quia qui miseret pauperi. feneratur domino.
et qui in nomine xpi pro animabus uestrorum defunc
torum xpianis pauperibus subuenit centuplum accipi
et. Que omnia quoniam procul ā uero sunt iudicris et
fabulis annumero. Verum episcopo ofirmante multis
argumentis uice falsitatis in dogmatibus xpianorum.
discessit philosophus. et haut multo post tempore credi
dit episcopi predicatione atq; baptizatus est. Tandem
aliquando cum de rebus suis uellet disponere. accersi
uit episcopum cui hec dixit. Sume auri libras seraginta
pauperibus pro ut dixisti. distribuendas. data cautione
quod ā iudice xpo pro uno centum in illo seculo acceptur
si m. Quod cum episcopus sine cunctatione fecisset. accepit
pecuniam eo modo quo predixerat philosopho eam pauperibus
erogaturus. Denuq; cum iam moreretur philosophus uisit filius
suis ut cum idiochiro pontificis in manu sepeliretur. His ita
peractis. post diem tertium philosophus episcopo in somnis ap
paruit dicens. ad eum. Vade ad sepulcrum meū ō episcope.
et recipe idiochirum tuum. Iam debitum omne recepi. et
in nullo mihi obligaris cum pro his que tibi dedi centuplu